



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Expositio 2 cap. Et du[m] complerentur dies art. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

¶ Expositio capituli secundi: Et dum
complerentur dies.

Articulus. II.

Præcedenti capitulo scriptum est, quemadmodum
Christus discipulis spiritum sanctum promisit,
nunc recitatur qualiter illa promissio sit imple-
ta. Et dum complerentur dies pentecostes. .i. quinquagesimo die a Christi resurrectione, ita quod illa die quinquaginta dies computabantur & implebantur a die resurrectionis dominicæ. Pentecostes autem dicitur a pente quod est quinq;, & coste quod est decem, quasi quinquies decem, quæ faciunt quinquaginta. Erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Scilicet in cenaculo, in quod præcedenti capitulo ascendisse scribuntur. Et factus est repente de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis. .i. instar grandis tonitruum seu venti impetuosi. & repleuit totam domum ubi erant sedentes. .i. manentes seu quiescentes Christi discipuli. Itaque fiebat tunc sonitus grandis & vehementis, ad declarationem maiestatis paracleti spūs sancti desuper venientis, & ut per sonitum illum corda discipulorum ad reuerentialem dei concuterentur timorem, ac profundiori humilitate ad spiritus sancti disponderentur influxum. Sic & Ezechiel in visione quatuor animalium & throni ac dei residentis in eo, magnam se audisse commotionem testatur. Illa tamē imaginaria fuit, ista realis, quam aliqui dicunt non solum a discipulis, sed a tota Hierusalem fuisse auditam. Porro quod ait, tanquam aduenientis spiritus vehementis intelligi potest de spiritu sancto, ut sit sensus. Factus est sonus repentinus de cælo, tanquam aduenientis spiritus vehementis. .i. sicut decuit spiritum sanctum, utpote talis, qualem fieri condecebat ad eius efficaciam maiestatemque monstrandam. Iuxta quem modum scriptum est in Ezechiele: Audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis dei. Appellatur autem spiritus sanctus spiritus vehem-

mens, quasi vā adimens, & mentem a terrenis ad cælestia vehens. **L** Et apparuerunt illis despectitæ linguæ tanquam ignis. **I**. igneæ linguæ multipliciter diuisæ atq; distinctæ. **L** seditq; supra singulos eorum. **I**. **Mat. 3.**
 spiritus sanctus in his linguis ignitis super vnumquē **Ioan. 1**
 que discipulorum quieuit, quemadmodum sup Christum in baptismo descendit ac mansit in forma columbæ. Præterea aduertendum quod duplex est missio spiritus sancti vtpote spiritualis & inuisibilis, qua mentibus puris aut purificandis infunditur, de qua legitur: Spiritus vb vult spirat, & vocem eius audis, sed non scis vnde veniat aut quo vadat. Alia est visibilis, quando in aliquo signo sensibili demonstratur ac datur, ad insinuandum quod earum rerum in quarum specie apparet proprietatem operatur in cordibus quibus illabitur. Hinc nunc in duplici signo visibili demonstratus ac datus est, scilicet in igne & linguis, sic tamen qd ignis speciem linguæ habebant, & linguæ igneæ apparebant, ita quod æquiualeuter fuit signum duplex sensibile. In linguarum ergo specie apparebat ad innuendum, quod omnium linguarum noticiam, facultatem & vsum eis infudit. **Secundo**, quia cunctis gentibus prædicaturi erant. **Tertio**, quoniam linguis prædicantiū spiritus sancti gratia præcipue necessaria extat. Hæ autem linguæ igneæ erant, ad designandum qd verba feruentia proferre, & igneam legem docere deberent. Itemq; intus igne diuini amoris succenderentur. Itaque deus per hoc quod foris exhibuit, ostendit qd interius gessit. Qui enim discipulos charitate succensos, & verbo atque sapientia eruditos intus constituit, foris igneas linguas monstrauit. **Deniq; conuenienter** quinquagesimo die a Pascha datus est ita spiritus sanctus. Primo, ad exprimendam veteris ac Euangelicæ consonantiam legis. Nam vetus lex per Moysen data est desuper quinquagesimo die ab esu agni paschalis in Aegypto, & egressione filiorum Israel inde, vt dicitur in Exodo. Vnde & quinquagesima dies a pascha illo figuratiuo apud Iudæos celebris fuit, in memoriã

Mat. 3.
Ioan. 1

Ioan: 3

Exo. 20

IN ACTA APOS. EXEC:

lationis legis Mosaicæ, sic & a Pascha nostro infusum est donum spiritus sancti cordibus discipulorum, per quod Euangelica lex in eis illuminata, inflammata, confirmataque fuit. Secundo, quoniam quinquagesim^{us} numerus remissionem & quietem designat. Cum ergo spiritus sanctus peccata remittat, veramque tribuat pacem, et ad æternam perducatur quietem, quinquagesimo die datus est congruenter. Ad literam quoque discipuli infra hos decem dies ab ascensione conuenienter se disporre poterant ad tam copiosissimam sancti spiritus susceptionem. Quo etiam numero mystice figuratur, quod per observationem decem præceptorum ad incrementa charismatum spiritus sancti pertingitur. Præterea quia in textu nunc dicitur, apparuerunt illis. &c. quidam opinati sunt quod apparitio illa imaginaria fuit, vñ & secundo de trinitate capitulo. 6. Augustinus affirmat, quod litera hæc questionem habet, an igneæ lingue visæ sunt corporaliter eis, an imaginariæ tantum. Tenendum est tamen absolute, & communiter pene ab omnibus sic teneretur, quod vere ab extra realiter apparebant, sicut colūba super Christum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto. Quemadmodum enim domus in qua residebant impleta fuit sono & igneis linguis, ita & corda eorum perfusione, feruore & illustratione spiritus sancti, & utique antea hanc gratiam sancti spiritus susceperunt etiam in abundantia quadam, præsertim cum Christus per insufflationem eis spiritum sanctum infudit, sed nunc in præexcellenti plenitudine spiritum sanctum sortiti sunt. Sunt autem plures gradus plenitudinis, qua electi dei spiritu sancto pleni aut repleti fuerunt quum ab hac die usque in finem vitæ suæ in spiritus sancti charismatibus sumpserunt incrementum. Insuper repleti modo dicuntur spiritu sancto, non solum quod dona gratiæ gratum facientis, sed etiam quoad dona gratiæ gratis datæ, quæ ad aliorum præstantur profectum. iam enim data sunt eis gratia miraculorum magis quam ante, spiritus prophetiæ, donum linguarum, discretio spirituum, sermo sapientiæ, & sermo scientiæ. In tanta quoque

plenitudine spiritum sanctum quoad dona gratiæ gratum facientis susceperunt, quod confirmati fuerunt in gratia, ita quod postea mortaliter non peccarunt. [& ceperunt loqui varijs linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis.] Omnium enim gentium idiomata proferre & intelligere potuerunt, imo quod mirabilis est, secundum glosam & expositores communiter, vno eorum aliquam proferente loquelam, omnes qui aderant quantumlibet idiomatum confisterent diuersorum, loquelam illam tanquam proprium idioma audierunt ac intellexerunt, diuina id agente potētia, vt sicut per superbiam & rebellionem filiorum Adæ diuisæ sunt linguæ, ita p̄ humilitatem & obedientiam discipulorum Christi, operante spiritu sancto vnitæ sint. [Erant autem in Hierusalem habitantes Iudæi viri religiosi.] .i. diuino cultui dediti seu deuoti. Religio quippe est virtus quæ alio nomine latria nuncupatur, per quam deo cultum ceremoniamq; impendimus. Vnde dupliciter religiosi dicuntur. Primo quia diuinis intenti sunt, Sicque omnes fideles virtuosi, dicendi sunt religiosi. Secundo, quia singulariter diuinis se manciparunt seipsos deo totaliter offerentes, & seculo abrenūciantes per ordinis ingressum. Et sic claustrales religiosi vocantur [ex omni natione quæ sub cælo est.] Hoc per hyperbolen dictum est, quia ex diuersis & valde multis prouincijs quidam Iudæorum ad Hierusalem ex deuotione confluxerunt, & illic manserunt. Quierant ex his Iudæis quos aduersarij eorum Assyri & Chaldæi, ac Græci sub Antiocho rege per diuersa vendiderant & disperferant loca. Vnde in libro Hester referit, quæadmodum in diuersis prouincijs Assueri regis plurimi morabantur Iudæi. Et quamuis a Cyro rege Persarum habuerunt redeundi licentiam, multi tamen non redierunt. [Facta autem hac voce.] id est, locutione Apostolorum tam mirabiliter resonante, quando ceperunt varijs linguis effari, Continuo enim spiritu sancto accensi ingressi sunt templū, qd fuit prope cæ-

IN ACT. APOS. EXEG.

naculum ¶ conuenit multitudo ¶ hominum. Quidam
 uero per uocem hanc factam, intelligunt sonum præ-
 fatum, tanquam aduenientis spiritus uehementis, quæ
 dicitur ab habitatoribus Hierusalem circa templum au-
 ditum, propter quod illuc concurrerunt ¶ & mente cõ-
 fusa est ¶ .i. plurimum admirata & conturbata ¶ quo-
 nam audiebat unusquisque lingua sua illos loquen-
 tes. Ex quo elicitur quod singuli unam cuiuslibet apo-
 stolorum loquelam intellexerunt, quod fuit magnum
 & inauditum miraculum, omnes illos in stuporem cõ-
 uertens, quemadmodum subditur. ¶ Stupebant autem
 omnes ¶ Stupor ex magna admiratione procedit ¶ &
 mirabantur adinuicem dicentes. Nonne ecce omnes
 isti qui loquuntur ¶ puta Apostoli. ¶ Galilæi sunt? Et
 quomodo nos audiimus unusquisque linguam no-
 stram in qua nati sumus? ¶ Deinde audientium diuersi-
 tas ex parte locorum natalium, aperitur. ¶ Parthi &
 Mædi & Elamitæ ¶ Elæ est regio Persiæ contra quæ He-
 remias prophetat ¶ & qui habitant Mesopotamiam
 Iudæam ¶ quæ hoc loco accipitur pro terra duarum tri-
 buum scilicet Iudæ & Benjamin ad distinctionem (ut
 ait Beda) Samariæ Galilææ, Decapoleos, & aliarum
 in eadem prouincia regionum. Quæ licet omnes una
 loquerentur lingua Hebræa, domesticam tamen sin-
 gulæ dicendi speciem habuerunt distinctam. Vnde Pe-
 trus in passione quod Galilæus sit, propria proditur
 lingua ¶ & Cappadociâ. Pontum & Asiam ¶ Asia regio
 quæ dicitur minor, ab orientali parte qua ad Cappa-
 dociam Syriamq; progreditur undiq; circumdata est
 mari. Cuius prouinciæ sunt Phrygia, Pamphilia, Cili-
 cia, Licaonia, Galatia, & aliæ multæ, sed specialiter
 ubi Ephesus ciuitas est Asia dicitur ¶ Aegyptum & par-
 tes Lybiæ quæ est circa Cyrenem ¶ Aegypti regio a se-
 ptemtrione magnum mare, & sinum Arabicum ab o-
 riente, seu rubrum mare, a meridie Aethiopiæ, ab oc-
 casu Lybiam habet. Cuius inferiorem partem Nilus ad
 dextram atq; sinistram diuisus amplexu suo determi-
 nat. Propterea quidam Aegyptum inter insulas compu-

eant ¶ & aduena Romani ¶ qui de Italia ad Hierusalē
 deuenerunt. ¶ Iudæi quoque ¶ natura ¶ & Profelyti ¶
 sicut in nouo testamento vocantur neophyti, qui de in-
 fidelitate ad Euāgelicam legem de nouo cōuerfi sunt:
 ita in veteri testamento dicebantur profelyti, q̄ de gen-
 tilitate ad legem conuertebantur Mosaicam. ¶ Cretes
 & Arabes ¶ Arabia regio inter sinum maris rubri quī
 Arabicus, & cum qui Persicus appellatur plurimas ha-
 bet gentes, videlicet Idumæos, Saracenos, Sabæos,
 & alias plures, Arabia autem sacra interpretatur, eo
 quod sit regio in qua thura nascuntur, & producens
 odores. Hinc eam Græci Eudæmon, Latini beatam vo-
 cauerūt. ¶ Audiuius eos loquētes nostris linguis ¶ se-
 cundum modum prædictum ¶ magnalia dei ¶ videli-
 cet Christi resurrectionem, ascensionem, paraleti mis-
 sionem. Verum vno Apostolorum loquente alijsq̄ ta-
 centibus, vnus ille non nisi vnus idiomatis prorulit
 voces, omnibus tamen videbatur, q̄ suæ loquelæ ver-
 ba proferret, & virtualiter non formaliter ita fuit. Si-
 cut & manna cunctorum ciborum saporem continuit
 iuxta illud Sapien. 16. Panem de cælo præstitisti eis, o-
 mne delectamentum in se habentem, & omnis saporis
 suauitatē. Deseruiens enim vniuscuiusq̄ voluntati. ad
 quod quisq̄ volebat conuertebatur. Hoc tamen in bo-
 nis Iudæis accidisse duntaxat aliqui asserunt, mali e-
 nim dicebant, anima nostra nauseat super cibo isto le-
 uissimo ¶ Stupebant autē omnes & mirabantur dicen-
 tes. Quidnam vult hoc esse? ¶ Ex ingenti admiratione
 inter se conferebant, & eadem sæpius proferebant, q̄
 ex abundantia cordis os loquitur. ¶ Alij autem irride-
 bant dicentes, quia musto pleni sunt isti ¶ Isti erant
 omnino peruersi, qui tam euidentis spiritus sancti mira-
 culum sinistre interpretabantur & charitate ac donis
 spiritus sancti tam exuberanter impletos, vt internus
 splendor ac mentis læticia, relucerent in vultibus eorū
 dem, ebriosos dixerunt, quasi mustum hoc facere pos-
 set, quod omnem naturalem transcendit potentiam.
 Veruntamen spiritaliter ebrij erant hi sancti, introdu-

IN ACT. APOST. EXEGE.

- eti in cellam vinariam, & torrente voluptatis deificæ
vsque ad plenum potati. In quibus illud ex Canticis fu-
it impletum: Comedite amici & bibite, & inebriami-
ni charissimi. Etenim feruor amoris, sapientiæ sapor,
gaudiorum excessus, inebriauerat eos, biberantq; vinū
quod Christus sapientia patris miscuit eis. Strans autē
Petrus cum vndecim Apostolis eleuauit vocem su-
am & locutus est eis. Jam innotescere incipit quanta
sit efficacia gratiæ spiritus sancti, & quantum inter
fragilitatem humanam ac diuinam distet virtutem.
- Cant. 5**
prou. 9
- Mat. 26** Ecce qui paulo ante vnus vilis mulierculæ voce con-
territus Christum primam summamq; v. itatem nega-
uit, nunc inter tot milia, præ cæteris Apostolis imper-
territus ac tubali eloquio testimonium perhibet verita-
ti. Jam nempe in eo perfectus amor, seruilem eiecit ti-
morem. Viri Iudæi & qui habitatis Hierusalem vni-
uersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba
mea. Ecce q; authoritatiue & secure effatur, q; paulo-
an̄ indoctus & rudis fuerat idiota. Non em̄ sicut vos
æstimatis hi ebr̄i sunt. Ebr̄i qdem sunt fateor, sed nō
sicut vos æstimatis, qui tanq; carnales, carnaliter iudī-
catis, & similes estis Heli cæcutienti, qui sanctā Annā
phibuit temulentā. cum sit hora diei tertia. Vñ tam
mane non solent hoīes vino impleri. Porro. s. qui est
tertia in sup̄beatissima trinitate p̄sona, maiestatem &
gloriā indiuiduæ adorandæq; trinitatis mundo p̄ Apo-
stolos p̄dicaturus tertia hora conuenienter descendit.
Et quia vt dictum est, discipuli erant in oratione p̄se-
uerantes, recte. s. in hora orationis p̄cipiunt, vt mon-
stretur, q. s. gratia non facile impetratur, nisi mens a
carnalibus sup̄noꝝ intentione leuetur. Tria autē tempo-
ra quibus Daniel genua flectere & adorare solebat, vi-
delicet, tertia, sexta, & nona hor̄ ab ecclesia obseruan-
tur. Nā & Christus. s. hora tertia mittens, & crucem se-
xta hora ascendens, nona sp̄m tradens, eisdem nobis
horas intimare & sc̄tificare dignatus est. Sed hoc
qd̄ cernitis est qd̄ dictū. i. p̄pheticè p̄nunciatum est
p̄ prophetam Iohel. cuius verba subduntur. Et erit
- Reg. 1.**
- Actuu. 1.**
- Danie. 6**
Ioā. 19.

in nouissimis diebus .i. tempore Euangelicæ legis cui
 lex alia diuinitus non succedet De quo tempore sanctus
 Iacob diseruit; Congregamini, vt annunciem vobis quæ
 vêtura sunt in nouissimis diebus. Et Esaias; Erit in no-
 uissimis diebus præparatus mons domus dñi. Vñ hoc
 tempus vltima mundi ætas vocatur, sicut ait Apосто-
 lus. Nos sumus in quibus fines sæculorum deuenerunt. ¶ di-
 cit dominus .i. deus pater, vel pater & filius qui sunt
 vnus dominus. Vnus quoque spirator & dator. scilicet sicut
 & tres personæ sunt vnus creator. Effundam de spiri-
 tu meo super omnem carnem .i. cunctis hominibus. scilicet
 Iudæis & gentibus, seu quibusdam de omni genere ho-
 minum, vt sit distributio pro generibus singulorum.
 Itaque omnibus his de donis & gratiis spiritus sancti
 infundam, sicut nomine partis intelligitur totum, vi-
 delicet homo per carnem, sicut cum ait Ioannes, verbū
 caro factum est. Et Psalmista; Ad te omnis caro veni-
 et. Veruntamen sanctus Petrus hoc loco sensum, non
 formam verborum inducit. Sic enim in Iohanne scriptū
 est: Et erit, post hæc effundam spiritum meum super om-
 nem carnem. ¶ & prophetabunt. ¶ Iohannes Iudæi. ¶ filij ve-
 stri & filia vestra .i. discipuli & discipula Christi.
 Multi enim discipulorum & aliqua sancta femina cum
 Apostolis spiritum sanctum receperunt, & gratiam pro-
 phetalem sortiti sunt. ¶ Iuvenes vestri visiones vide-
 bunt. Id est, reuelationes diuinas atque propheticas
 vere intelligent. Intelligentia enim est opus in visio-
 ne. ¶ & seniores vestri somnia somniabunt. .i. reuelationes
 desuper tempore somni suscipient, quando pro-
 pter quietem virtutis imaginatiue, ac sensuum exteri-
 orum, aptior est anima ad illuminationes supernas.
 Propter quod Iob. 33. legitur. Per somnum in visione
 nocturna aperit deus aures virorum, & instruit disci-
 plina. Quod autem Apostolorum discipulorumque Chri-
 sti, alij seniores, alij fuerint iuniores, certum est cunctis.
 Porro huiuscemodi somnia non sunt vana & solita om-
 nibus, sicut illa de quibus Ecclesiasticus, Somnia ex-
 tollunt imprudentes, & quasi qui apprehendit umbram, & p-

Gene. 49

Esai. 2.

1. Cor. 10

Iohā. 1

Psal. 64.

Iohē. 2

Eccl. 34

IN ACT. APOST. EXEGE.

sequitur ventum, secundum hoc visio somniorum.

¶ Et quidem super seruos meos, & ancillas meas in diebus illis. Scilicet in exordio Euangelicæ legis ¶ effundam de spiritu meo & prophetabunt ¶ Quidam enim vtriusque sexus in primitiua ecclesia prophetarunt, si

Act. 21

cut & infra scribitur Philippus diaconus habuisse quatuor filias virgines prophetissas. In nomine vero effusionis ostenditur gratiæ copia seu munerum largitas. De qua effusione scriptum est. Esai. 44: Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. ¶ Et dabo prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum. ¶ Hoc & v̄ba sequentia quidam exponunt de signis præcessuris diem iudicii. Sed cum Petrus totam istam scripturam pro tempore suo quasi tunc impletam alleget, aptius ad præfatum tempus refertur. Dedit ergo deus in primo Christi aduentu, & circiter prodigia in cælo, quando eo

Luca. 2

nato cælestis militiæ multitudo deum laudans apparuit stella in aere radiavit, & tempore passionis, dum luna tempore oppositionis supernaturaliter rediit, & se soli supposuit, totq; horis sub ipso permansit, ita qd sol stetit immotus. Similiter in ascensione angeli apparuerunt, Insuper dedit dominus signa in terra qm̄

Actu. 1

Mat. 27

in ea Christus tot patravit miracula, & quando eo paciente mota est terra scissæ sunt petræ, aperta sunt monumenta, & multa corpora sanctorum resurrexerunt a mortuis, & venientes in sanctam ciuitatem apparuerunt multis. Quod autem ista conuenienter ad tempus primi aduentus Christi relata sint, innotescit ex eo quod dominus ait Aggei. 2. Adhuc vnum modicum & ego mouebo cælum & terram & mare & aridam, & veniet desideratus cunctis gentibus, quod omnes de primo Christi aduentu exponunt, de quo in Genesi loquitur Iacob: Et ipse erit expectatio gentium. Consequenter quædam prodigiorum istorum specialiter exprimuntur ¶ sanguinem & ignem, & vaporem fumi ¶ Per sanguinem intelligitur sanguis qui de Christi latere fluxit, in cuius emanatione duo mirabilia contigerunt

Gen. 49.

Primum quia de mortuo corpore sanguinem viuaciuo effluere, contra nostrorum naturam est corporis. Secundum quod simul cum sanguine aqua profluxit.

Potest quoque per sanguinem, accipi sanguis quem p. *Ioã. 19.*

Christo martyres cum mira effuderunt constantia, per ignem spiritus sancti illustratio ac inflammatio designatur. In igne enim sunt splendor & calor, per vaporem fumi, excæcatio Iudæorum, vel compunctio & lachrymatio conuersorum, qui ad prædicationem Petri compuncti sunt corde. De quorum præssimo fletu Zacharias dicit: Plangent eum planctu, quasi super unigenitum. [Sol conuertetur in tenebras.] Nam tempore passionis obscuratus est sol [& luna in sanguinem]

Zac. 12

Luc. 23.

.i. rubea apparebit. Non tamen planetæ fuerunt in seipsum taliter se habentes, secundum apparentiam fuit sic. Solet autem luna cum eclipsem patitur sanguinea apparere, sed quando directe supponitur soli nigra videtur. Vnde si suppositione illa durante rubea appareret, mirabiliter factum est, quod secundum Hieronymum credi potest, quamuis scriptum non sit. Non enim scripta sunt omnia [antequam veniat dies domini magnus & manifestus.] Per diem hunc Hieronymus super Iohalem intelligit diem dominicæ resurrectionis, in quo magna operatus est deus. Et quem omnibus manifestavit, de quo ait Psalmista. Hæc est dies quam fecit dominus. Qui dies per Iohalem appellatur horribilis, quia aeris potestatibus impijsq; Iudæis pauendus.

Ioã. 21.

Potest quoque per diem istum horribilem, magnum, & manifestum, tempus illius grauissimæ ac finalis captiuitatis Iudæorum per Romanos intelligi. De istis hic transeo, quia super duodecim prophetas suo loco ea plenius exposui. [Et erit, omnis quicumque inuocauerit nomen domini.] .i. deum intimo cordis affectu cum fide sincera orauerit [saluus erit.] non enim est personarum acceptor deus, sed prope est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus cum in veritate, iuxta id Eccl. 2.

Ad tit. 1.

Psa. 117

Iohe. 2

Quis inuocauit illum & despexit eum? Consequenter beatissimus Petrus euidentius instruit reos, factis & autho

IN ACT. APOST. EXEG.

ritatibus Iesum esse Messiam declarans. L. Viri Israelitæ qui estis Israelitæ carnis propagine, non fidei imitatione. Audite verba hæc. Iesum Nazarenum virum approbatum a deo. Trinitate, & a seipso secundum quod deus est. L. in vobis. I. inter vos. L. virtutibus. I. tantis operibus. L. & prodigijs. L. quantum ad maiora eius miracula. L. & signis. L. quantum ad minora. L. quæ fecit per illum deus in medio vestri. L. Verbum enim seu trinitas operabatur per Christi humanitatem quæ fuit instrumentum seu organum immediatum, coniunctum & proprium verbi, quemadmodum corpus nostrum instrumentum est animæ nostræ in suis opibus secundum Damascenū. Vñ diuinus Dionysius Christi actionem appellat Theandricam. i. dei virilem. Et Christus homo diuina potestate egit miracula. L. sicut vos scitis. L. quibus & Christus ante passionem dicebat. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod horum me lapidatis. L. hunc definito consilio & prescientia dei traditum. L. Quis enim Iudas impie eum tradiderit, deus tamen est prophetas tradendum presdixit, presdeterminauit, & in sua prescientia sempiterna pro hominibus moriturum presdixit, quemadmodum ait Apostolus. Proprio filio suo non pepcit, sed pro omnibus nobis tradidit illum. Deus quoque pater, seu trinitas, animæ Christi voluntatem moriendi pro hominibus inspirauit. Rursusque eisdem contulit tam iuste conuersari & loqui, quod Iudæi erant inuidia concitati, ex qua ultra ad Christi occisionem progressi sunt. Sicque traditio Christi quantum ad causam atque principium eius fuit directe & effectiue a deo loquendo tamen de causa traditionis huius bona, puta iusticia, spontaneoque principio, ratione cuius etiã seipsum tradidit Christus, iuxta illud Esaia. Tradidit in mortem animam suam. L. per manus iniquorum. L. vide licet militum Pilati. L. affigentes. L. cruci. L. interemisit. L. mortem ipsius procurando. L. Quem deus suscitauit. L. a mortuis, imo & ipse ut deus seipsum, sicut presdixit. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumen di eam. Et item: Soluite templum hoc & in tribus die-

Ioan. 1

Heb. 1.

Ioh. 10

Esa. 53.

Esa. 53.

Ioan. 10.

Ioan. 2.

bus, excitabo illud. Hoc enim dixit de templo corporis sui, vt Euangelista exponit L. solutis doloribus in ferni. .i. pœnis inferni a Christo sublati, ita quod eas non sensit iuxta id Psalmi. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Ablatis quoque his pœnis a sanctis quos Christus de lymbo eduxit. Nam mox cum ad eos anima eius venisset, beatifica dei visione illustravit eosdem, iam enim causam dilationis gloriæ videlicet, originalis peccati reatum sua passione amouit. Sancti autem in lymbo, & si pœnam sensus non habuerunt, nihilominus pœna damni iuit in eis, sicque dilatio gloriæ eos aliquo modo afflixit, iuxta id Pro. 13. Spes q̄ differtur affligit animam, lignum vitæ desiderium veniens. Propter quod de istis Zach. 9. dicitur Christo. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vincos tuos de lacu in quo non est aqua L. iuxta q̄d impossibile erat teneri illum. .i. Christum L. ab eo. .i. ab inferno, cum enim omni caruerit culpa nil potestatis aut iuris habebat in eo diabolus seu infernus. Propter quod passione instante disseruit Ioan. 14. Venit ad me princeps mundi huius, & in me non habet quicquã L. Dauid enim dicit in eũ. .i. de Christo, ita quod verba sequentia ad literam in Christi persona dicuntur. L. Prouidebam dominum coram me semper. .i. ego vt homo, deum iugiter intuebar, atque in omnib. prouide coram eo conuersabar. Nam anima Christi a primo suæ creationis instanti vidit deum per speciẽ tam clare ac incessanter, vt modo L. quoniam a dextris est mihi. .i. in omnibus gratiose mihi assistit, secundũ illud Esa. 50. Dominus deus auxiliator meus L. ne commoueat. .i. a via æquitatis & veritatis vsq̄ recedam, in tantum enim affuit naturæ assumptæ, quod peccare nequit. Propter hoc letatũ est cor meũ. Videlicet de tã incõparabili beneficio dei, & de indefinẽti aspectu ipsius L. & exultauit lingua mea. .i. in verba laudis diuinæ cum exultatione, prupit, dicendo, gratias ago tibi pater. Et, honorifico patrem meum, Et rursus Lucæ Ioan. 11
10. dicitur, Exultauit Iesus spiritu sancto L. insuper Ioan. 8.

Ioan. 2
psal. 7Ioan. 11
Ioan. 8.

IN ACT: APOST. EXEG.

& caro mea requiescet in spe. .i. corpore meo ab anima separato atque sepulto, de eius resurrectione certus ero. Quoniam non derelinques animam meam in inferno. nisi quoadiu ipsa voluerit, scilicet usque ad instans resurrectionis. Et infernus pro limbo patrum hic sumitur, sicut cum Iacob ait in Genesi, Descendam lugens in infernum. Atque in symbolo. Sepultus descendit in infernum. Porro in morte Christi fuerunt corpus & anima eius ab invicem separata, vtrumque tamen mansit verbo unitum. Ideo corpus eius resolui non potuit, propter quod subditur. nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. .i. corpus vni geniti filii tui non permittes pari incinerationem seu dissolutionem. Nihilominus sumendo corruptionem pro occasione, fuit vere corruptum seu mortuum. Noras mihi fecisti vias vitæ. .i. semitas iusticiæ, quibus ad vitam beatam transitur me docuisti, & per acceleratam resurrectionem iter ad vitam gloriæ ascendere me fecisti, ita quod tunc per experientiam illud noui. Replebis me iocunditate cum facie tua. .i. cum in conspectu tuo in caelesti apparucro regno plenissime glorificabor. Quamuis enim Christus ab exordio incarnationis, quantum ad superiorem animæ partem ad verbum reiatam, fuerit comprehensor, & omni essentialis præmiti gaudio plenus, nihilominus quo ad inferiores animæ vires, imo & quantum ad superiores vires ad essentialiam animæ comparatas & quantum ad carnem passibilem fuit viator, & tristitias aliquando habens & dolores. In ascensione autem plenissimam glorificationem sortitus est, imo & ab omni tristitia in puncto mortis extitit liberatus. Præterea quod verba inducta non de seipso sed de Christo protulit David, consequenter probatur. Viri fratres liceat audenter dicere ad vos de patriarcha David, quoniam defunctus est & sepultus, & sepulchrum eius apud nos est usque in hodiernum diem. sicut, 3. Regum describitur, ex quibus patet, quod corpus eius in sepulchro sit dissolutum. Propheta ergo cum esset. Innam præclarissimus fuit prophe

Gen. 37

Pfal. 15

Pfal. 15

3. Reg. 2.

ta Dauid. & sciret quia tunc iurando iurasset illi deus,
 de fructu. id est, semine. lumbi eius, sedere super se-
 dem eius. id est, post eum vere spiritaliterque regnare ce-
 teris cunctis sublimius, iuxta illud in Psalmo. Iurauit **Psal. lxxi.**
 dominus Dauid veritatem & non frustrabitur eum, de
 fructu ventris tui ponam super sedem tuam, scilicet.
 Christum de semine tuo nasciturum, De quo loquitur **Esai. 9.**
 Esaias. Super solium Dauid & super regnum eius sede-
 bit. l. providens. id est, in futurum procul praeintuens
 l. locutus est de Christi resurrectione, quia neque dere-
 lictus est in inferno, neque caro eius sensit corruptio-
 nem. l. iuxta expositionem inductam. l. Hunc Iesum
 suscitauit deus, cuius nos omnes testes sumus. quod vi-
 dimus protestantes, & propheticè prænunciatum nūc-
 que impletum monstrantes. l. Dexteram ergo dei exalta-
 tus. id est, diuina virtute de limbo, de sepulchro, de
 terra ad caelos leuatus. & promissione spiritus sancti
 accepta a patre. id est, omni glorificatione quam ei p
 spiritum sanctum pater in scripturis promisit adpta
 l. effudit hoc donum, quod vos videris & auditis. l.
 id est, magnam hanc gratiam, sapientiam, linguarum noticiam,
 quam in nobis iam experimini, largitus est nobis.
 Promissionem autem spiritus sancti accipere compe-
 tit Christo secundum naturam humanam, sed spiri-
 tum sanctum dare, secundum naturam diuinam, quā
 nis in ipso secundum humanitatem sit gratia capitis,
 per quam suis influit membris, quod agit vt causa
 gratiae instrumentalis ac meritoria & coniuncta. Por-
 ro quod Christus dextera patris sit exaltatus, testimo-
 nio probat psalmistae. l. Non enim Dauid ascendit in
 caelum. l. quia quoad corpus mansit in monumento,
 & quantum ad animam, in limbo. l. Dixit autem ip-
 se. l. in psalmo. l. Dixit dominus domino meo. id est,
 pater filio. l. sede a dexteris meis. id est, in bonis potioribus **Psal. 109.**
 secundum naturam assumptam, ita quod omni sis creaturae prae-
 latior, plenarie glorificatus, & diuinitate per cunctis abundanti-
 fruens. Istud dixit Christo homini deo per in ascensione. Secundum diui-
 nitatem vero per ab eterno dixit filio, sede a dextris. id est, mi-

IN ACT. APOS. EXEG.

hi esto æqualis, & in ea reside maiestate qua ego. **Do-**
nec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. **I.** omnes reprobos tibi plene subiiciam, & subiectos
ostendam, quod maxime erit in die iudicii. De exposi-
tione autem versuum istorum nunc pertranseo, cum
in libro Psalmorum prolixè expositi sint. Quod autem
hæc dictio, donec, sumatur hic non finitæ, sed indefini-
te constat, sicut & Matthæi primo. Non cognouit eam
donec peperit filium suum. **Certissime ergo sciat**
Iob. 19. per fidei cognitionem, non per rationem, aut scientiã
naturalem, iuxta quem modum sanctus Iob ait. Scio
quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de ter-
ra surrecturus sum. **omnis domus Israel**. i. tota ple-
bs Iudæorum seu duodecim tribuum. **quia & domi-**
num eum & Christum fecit deus hunc Iesum. i. pater
seu trinitas superdignissima Iesu Nazareno secundum
naturam humanam contulit principatum uniuersorũ
& unctiõnem gratiæ singularem ac summam, iuxta il-
psal. 44. lud. **Vnixit te deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.**
psal. 2. Et item Christus fatetur in Psalmo ratione naturæ as-
sumptæ & gratiæ ei collatæ. Ego autem constitu-
tus sum rex ab eo super Syon montem sanctum eius
quem vos crucifixistis non uestris, sed militum
manibus, & magis peccastis quam illi, quia prima
causa plus influit. **His auditis compuncti sunt cor-**
de. desuis dolendo peccatis. Non omnes tamen sed
multi, in quibus impletum est, qd ante passionem Chri-
stus eis prædixit Ioan. 7. Cum exaltaueritis filium ho-
minis, tunc cognoscetis quia ego sum. Tot itaq; scri-
pturarum allegationibus & tantis prodigijs sunt con-
uicti & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Aposto-
los. **Quid faciemus viri fratres?** Petrus uero dixit ad
illos. **Pœnitentiã agite** nec paruã sed maximã q̃tũ ad
interiorẽ dolorẽ, ut magnitudini criminis correspon-
deat magnitudo doloris. Oportet em̃ scdm Hierony-
mũ ut dolor cõtritionis adæquet grauitatẽ peccati, q̃-
tenus de maioribus uicijs maior habeat contritio &
baptizet unusq;q; ṽm in noĩe Iesu Ch̃i in remissionẽ

peccatorꝝ vestroꝝ. Videlicet quibet in remissionē peccatorꝝ suoꝝ. Quis autē Chrs formā baptis̄i docuerit dicēs. Matth. vii. baptizantes in noīe p̄ris & filij & .s̄. Apostoli tñ & eorū discipuli in primitiua ecclesia sub alia forma baptizauerunt, ex familiari consilio atq; distinctu s̄. vtentes hac forma verborum. Baptizo te in nomine Iesu Christi, vt scilicet nomen Christi amplius dilataretur, & honorabilius ac amabilius redderetur hominibus, quod a Iudæis incredulis blasphemabatur, quo facto, cœpit ecclesia vt forma baptis̄i instituta a Christo, Tñ qñ in noīe Christi dabatur baptis̄us forma a Christo p̄fixa implicite ac virtualiter seruabatur, quia in nomine Christi tota super sancta trinitas intelligi datur. Nam Christus dicitur vnctus, sicq; in nomine eius intelligitur pater vngens, filius vnctus, spiritus sanctus vnctionis causa, seu vnctio effectiua, qui per prædicationem causalem vnctio appellatur. & accipietis donum spiritus sancti. I. i. non solum peccatorum remissionem, sed & donum sapientiæ & linguarum, quod in nobis miramini. Tunc namq; baptizatis dabatur communiter spiritus sanctus in signo sensibili per impositionem manuum Apostolorum sicut & infra habetur. Vnde in Scholastica historia sic habetur. Accipietis donum. s̄. scilicet, vt loquamini varijs linguis sicut & nos. Et hoc erat signum familiare in primitiua ecclesia, quia omnes fere ascendentes de lauachro, loquabantur varijs linguis. Vobis enim facta est repromissio & filijs uestris. I. i. præfata promissio de effusione spiritus sancti per Iohalem prænunciata, vos & filios vestros concernit, ita qd in vobis implebitur. Nec solum in vobis Iudæis sed & omnibus qui longe sunt. I. a vobis seu loco, seu dispari cultu, & dissimili ritu, pura in gentibus quoscunque aduocauerit dominus deus noster. I. i. per Euangelicā prædicationem, seu inspirationem diuinam ad fidem & charitatem seu ecclesiasticam vnitatem perduxerit, hoc est in omnibus prædestinatis. Propter quod Ioannis. ii. scriptum est. Iesus moriturus erat pro

Iohelis. 2

- Ioan. 14** gente. Et non solum pro gente, sed ut filios dei qui dī
Ephe. 2 sperfi erant congregaret in vnum. Hinc gentibus scri-
bens Apostolus, vos (inquit) qui aliquando longe fut-
stis, nunc prope facti estis in sanguine Christi. Quod
etiam in Epistola ad Romanos ab Esaia prophetatum
declarat. [Alijs etiam uerbis plurimis testificatus est,
et hortabatur eos dicens. Saluamini a generatiōe ista
praua.] .i. ab incredulis istis Iudæis diuidamini corde,
vt fidem & gratiam suscipientes, illis pereuntib⁹ vos
saluemini. [Qui ergo receperunt sermones eius.] .i.
verbis Petri acqueuerunt [baptizati sunt.] ab aposto-
lis, alijsque forsan discipulis. [Et appositæ sunt.] nu-
mero credentium [animæ.] .i. homines [circiter tria
milia.] ad gloriam summæ trinitatis totius gratiæ su-
perditissimi fontis [in illa die.] uidelicet Pentecostes.
[Erant autem perseuerātes in doctrina Apostolorū]
Iacobi. 1. illam mansuete ac sedulo audiendo ac prompte imple-
do, iuxta illud Iacobi. Abijcientes omnem immunditi-
am, in mansuetudine suscipite insitum uerbum, quod
potest saluare animas uestras. Sic & subditi in doctri-
na pastorum suorum debent stabiles permanere [&
communicatione fractionis panis.] .i. perceptione sa-
1. Cor. 10 cramenti, secundum quod Paulus ait: Panis quem fran-
gimus, nonne participatio corporis domini est? In pri-
mitiua autem ecclesia crebro & multi quotidie cōmu-
nicabant [& orationibus.] nec dubium quin & in lau-
dibus dei, cum & maius atq; diuinius sit, dei laudibus q̄
orationibus esse intentum. Nam deum laudando ma-
gis simplicamur in ipso, & minus ad nos ipsos reflecti-
Eccl. 15 mur. Sed cum non sit speciosa laus in ore peccatoris, q̄
diuinæ laudationi cupit insistere, primo in orationi-
bus perseueret, vt purificetur, & corde mundato agat
quod scriptum est. Benedicam dominum in omni tem-
pore, semper laus eius in ore meo. [Fiebat autem o-
Psal. 33 ranti animæ timor.] .i. vniuersis Iudæis & cæteris ista
videntibus timor quidam incutiebatur propter rei no-
uitatem, totq; mirabilium eminentiam, ex prædicatio-
ne quoq; Apostolorum qua incredulis damnationem

comminabantur æternam. multa quoque prodigia & signa. Id est miracula maiora & minora. per Apostolos fiebant in Hierusalem. quæ sanctus Lucas breuitati studens non recitat. & metus erat magnus in vniuersis. propter causas præactas. In quo diuina potentia euidenter ostenditur, quod scilicet discipuli ante paraclæti missionem trepidi, nunc erant intrepidi, & aduersarij eorum tam pauidi. Tantus enim gratiæ fulgor, potestatisque vigor, ac diuinitatis operatio in eis splendebant, quod æmuli ueritatis formidare coacti sunt, qui illos pauloante, non modo non metuebant, sed & occidere disponebant. Omnes etiam qui credebant, erant pariter. mente & corpore. & habebant omnia communia. Possessiones & substantias vendebant. scilicet immobilia & mobilia bona. & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Quo enim spiritualibus diuitijs fuerunt pleniores, eo minus curauerunt opes carnales, & quo in dei ac proximi dilectione magis ardebant, eo liberalius sua sibi inuicem comunicabant. Charitas enim omnia facit esse communia nec sua duntaxat, sed & seipsam impendit. Ex quibus elicitur tanto quemque minus habere de diuino amore, quo extat auarior, & quo amplius quærit terrena eo animam habet pauperiorem. Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo & frangentes circa domos. in reditu suo a templo. panem, sumebant cibum cum exultatione. spirituali non carnali. & simplicitate cordis. tanquam ab omni simulatione & uanitate dolosa immunes. Tanta fuit in eis charitatis feruor & deuotionis instantia, quod in exteriori occupatione & necessaria corpori refectione, manserunt mente ad deum suspensi, & gloriantes in contemplatione ipsius in quibus illud Psalmistæ impletum est: Iusti epulentur & exultent in conspectu dei, delectentur in læticia. In quibus & aliæ multæ propheticæ promissiones, vere spiritualiterque impletæ sunt, quas carnales & obstinati iudæi nondum putant impleras, & corporaliter præstolantur implendas. collaudantes deum & habent

Psal. 67.

IN ACT. APOS. EXEG.

tes gratiam ad omnem plebem] ita quod omnibus erant accepti ac honorati ppter tam euidentissimā gratiæ affluentiam in ipsis splendentem. Quomodo legitur de sancto Sebastiano. Necessè erat, vt quem de tanta perfuderat gratia ab omnibus amaretur. Dominus autem augebat qui salui fierent] id est, quosdā conuertit, & fidelium numero copulauit] quotidie in idipsum] collegium credentium, vel in ipsomet deo incommutabili bono, in quod mente tendebant & quiescebant. De quo fertur in Psalmo. Tu autem idem ipse est. Et rursus: in pace in idipsum dormiam & re quiescam.

Pfal. 101:
psalm. 4

¶ Expositio capituli tertij. Petrus autem & Ioannes.

Articulus. III.

CVM Euangelica doctrina sit supernaturalis, necesse fuit eam supernaturalibus argumentis probari. Hinc Christus & eius discipuli talia operabantur miracula, quæ sola diuina virtute fieri queunt. Iccirco quam certum est deum falsitatis non esse approbatorem aut confirmatorem tam certum est fidem catholicam esse a deo. Nunc ergo grande narratur miraculum, quo fidei veritas roborabatur, & pluri mi conuertebantur. [Petrus autem & Ioannes ascēdebant in templum] videlicet ad quendam locum ei⁹, qui vt dicitur fuit atrium mundorū, vbi Iudæi scdm legem mundi orabant] ad horā orationis nonā] q̄circo alig dicunt, qd Iudæi ter orabant in die, sicut iā añ ex Daniele est allegatum. Veruntñ Neemiæ. 9 habetur quod quater in die & quater in nocte confitebantur Iudæi, & adorabant dominum deum suum. Præterea hi duo Apostoli & Apostolorum eximij in multis associari legunt, tanquam singulari familiaritate coniuncti, quamuis yterque eorum carnalem fratrem habe

Danic. 6.